Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35431
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Omo est opti[m] eorum que sunt in mundo iiij ethicorum Et
mundus sumitur hic pro omnibus contentis in specie actiuorum et passiuo
rum scilicet pro elementis et elementatis Isto supposito probatur propositio sic Illud est
optimum cuius generationis cause sunt nobilissime sed cause generationis humane sunt huiusmodi
igitur etc Maior patet quia effectus sortitur nobilitatem ex causis Minor probatur de materia quia materia
hominis secundum medicos probatur esse menstruum mulieris cum spermate viri Ita quod illa am
bo mutuo compositionem hominis sicut lac et coagulum sub materia casei Sed philosophi naturales
ponunt quod menstruum mulieris sit materia et semen viri sit effectus Ita quod semen
viri se habet ad menstruum mulieris sicut artifex ad artificium ut testatur Auerrois vij
methaphisice in digressionibus de ydeis Item philosophus methaphisice de eodem dicit quod sperma
viri reducitur ad causam efficientem quotiens modo dicatur sic patet quod materia hominis est delicatis
sima et inter omnia semina nobilissima Secundo probatur Illud est optimum quod in suis partibus
assimulatur corpori nobilissimo sed homo est huiusmodi igitur etc Maior patet quia in assimulan
do celo sequitur naturam rei Minor probatur quia homo assimulatur celo quantum ad xij signa zodiaci
quorum tria sunt calida ut naturam scilicet aries gemini leo illis correspondent tria membra in homine
scilicet cor epar et testiculi Item tria sunt frigida scilicet cancer taurus et virgo illis correspondent
intestina vesica et diafracta Item tria humida ut scorpio aquarius piscis quibus
correspondent stomachus cerebrum et pulmo Item tria sunt sicca scilicet capricornus
sagittarius et libra quibus correspondent tria membra scilicet splen fel et renes Unde dicit
Aristoteles viij phisicorum quod totum celum est sicut unum genus totum debemus esse inclinati
ad notitiam presentis libri qui tractat de generatione humana cuius causa efficiens dicitur fuisse Alber
tus magnus sufficienter tractus in experimentis a mulieribus informatus et maxime
in libro de animalibus qui prosequitur totum mundum continet cum Alexandro librum de animalibus
composuit Et supponitur philosophie naturali quia est unus liber de partibus naturalibus et non pure
naturalis sed partim medicinalis et partim naturalis Titulus incipit Secreta mulierum et virorum
ab alberto magno composita

Dilecto sibi in xpo socio et amico N clerico de tali loco veri
sapientie et augmentum continuum virtute presentis Iste liber
cuius subiectum est ens mobile contractum ad naturam secretorum mulierum ut ipsis infirmantibus
possimus dare remedia et ipsis confitentibus strue debitum et delictum. Diuiditur in partem
prohemialem et executiuam. executiua ibi Sic scribitur Primo dicit salutationem personarum cui scri
bitur liber D. Morans presens scribit dilecto sibi in xpo suo socio et amico Ubi tangitur
causa efficiens mouens et mota Mouens fuit quidam sacerdos qui rogabat dominum albertum
ut sibi conscriberet librum de secretis mulierum Ideo quia mulieres sunt tempore menstrui venenose
ita quod intoxicant animalia proprio visu et inficiunt pueros in cunis et maculant speculum
bene tersum et quia faciunt coeuntem ipsis fieri leprosum eciam cancrosum et quia ma
lum non euitatur nisi cognitum Tunc utile est volentibus abstinere et cognoscere
immundiciam coitus et multa similia que docentur in illo libro Et sic albertus tunc ins
te petent videns consentit ei Et tangitur causa efficiens mota cum subditur Scribit Nota
sapientia est cognitio dei et aliorum entium perpetuorum Et ideo dicit philosophus in prohemio methaphisice
de deo non est proprie scientia sed potius sapientia Ista intelligentia est in hac vita quia mente
ipsa sumus felices testante auerroi in prologo in phisicorum Ideo ascribit continuum
augmentum presentis vite Et bene scribit ita quia homo mente sapientia redditur lau
dabilis deo et hominibus

Cum vestra fauorabilis ac continua rogauit societas ut quedam
dicantur a nobis de hiis que apud mulierum naturam sunt occulta